Krinski Excemptio.

Coram off[ici]o et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Thomas olim Joannis Lempicki Sanus mente et corpore exis[tens] palam ac libere recognovit. Quia sibi N[obi]lis Paulus olim Jacobi Krinski ex obligatione bonoru[m] in haereditate Lempice consisten[tium] per N[obi]lem Joannem Poniatowski seu consortem eius parenti suo inscripta et per ipsum Krinski sive perpetuo quietata emanandato ius suum perpetuum sex sexagenas Poll[onicales] persoluit ideo ipsum quietat. Et de bonis ... proprio haeredi condescendit perpetue et in ... Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Lempice Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter Comparens Nobilis Anna filia olim Joannis Lempicki consors N[obi]lis Pauli olim Jacobi Krinski cum eiusdem mariti sui et tutoris coniugalis assistentia Sana mente et corpore exis[tens] palam publice libereq[ue] recognovit. Quia sibi Nobilis Thomas olim Joannis Lempicki frater suus sortem competentem de bonis paternis legitime concernen[tem] plenarie persoluit ideo ipsum quietat et liberum facit perpetuo. Hac sua personali recognitione in p[rae]missis mediante.

Krinski Lempicka Reformavit.

Coram officio Actisq[ue] praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter Comparens Nobilis Paulus olim Jacobi Krinski de Lempice et Krinski h[aere]s Sanus mente et corpore exis[tens] palam publice libereq[ue] recognovit. Quia Nobili Anna filia olim Joannis Lempicki consorti sua legitima Ratione vera dotis post eam accepta et in bona sua importata in medietate Omnium et singulorum bonoru[m] suorum mobilium et immobilium in haereditate Lempice et alibi Ubivis consisten[tium] nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum Summam Sexaginta floren[orum] poll[onicalium] dotis et addotalicij decem floren[orum] poll[onicalium] reformat inscribit dotalicat more aliorum dotaliciorum hic in Regno Poll[oniae] observari solitorum. Hac sua personali recognitione in p[rae]missis mediante.

Oslowski Brzescianka Intromissio.

Ministerialis Generalis Regni Providus Josephus de Sroka cum N[obi]libus Stanislao Malinowski et Falkowski Coram off[ici]o p[rae]s[en]ti personaliter stans palam recognovit. Quia ipse feria Secunda proxime p[rae]terita contulerat ad bona Brzescianka ibidem Generosum Petrum olim Sigismundi Oslowski in Omnia et singula bona mobilia et immobilia in haereditate Brzescianka consisten[tia]